



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Blasius Ep. Et. M. 3. Feb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. BLASIUS EP. ET. M. 3. Feb.

**B**LASIUS Sebastenus Episcopus in montem Argæum secessit, inde velut ex speculâ gregi suo advigilaturus; ubi feras ad omne genus officii obsequentes habuit; fuitque tam sedulæ servitutis stipendium benè precari stato tempore confluentibus. Subinde cum indagine mons cingeretur, nobile venationis auctarium **BLASIUS** accessit. Dum ad quæstionem rapitur, non paucis salutem attulit, interquos filium memorant unicum unice matri suæ dilectum, cui de pulce spina fauces obsidens loquelam jam eripuerat, vitam etiam eruptura, nisi prior eam è gutture **BLASIUS** rapuisset. Atque hoc est, quod à majoribus edocti simili in periculo similem Divi opem hodieque imploramus. Cæterum ab hominibus ad feras, non à feris ad homines dices migrasse, ita barbarè ab Agricolaio sudibus secundum acceptus est. Ejus sanguinem cum septem matronæ legissent, ipsæ quoque verberibus laceratæ, in candidissimæ innocentia testimonium non nisi lac per vulnera egresserunt, quod tamen ipsum mox capite truncatæ pulchrè sanguine miscuerunt. At **BLASIUS** undis, quibus mergendus erat, ancillantibus usus, lacum primo non aliter

F

ac

§2 VITÆ SANCTORUM. 4. Febr.

ac pontem perambulavit, dein velut fessus molliter in medio aquarum confedit. hauffis interim vortice LXVIII. viris qui Deorum suorum fiduciâ idem agententârant. Tandem cum geminis univronæ filiolis, lictori cervicem præbuit. Quibus è vulneribus plus gloriæ quàm sanguinis manavit. Ex Surio.

*Sine ferro Martyr esse poteris, si patientiam in animo veraciter conservaveris: Non pacificus consortium non meretur Angelorum; Lividus & iracundus erit particeps Damoniorum.* S. Bern. Mod. bene viv. c. 40.

S. REMBERTUS EP. 4. Februarij.

**T**antum REMBERTUS apud Deum poterat, ut Sacerdos piacularibus flammis addictus cum patronum exspectaret: ut minùs mirère, si, quod in infernos ignes habuit imperium; Antistes Bremensis factus in eorum etiam iniquinum malum genium exercuit. Insuper hic Carolum Crassum postea Imperatorem, universoque regno & Ludovico patri luctuosum dederat spectaculum. Frustrà per Divorum tumulos circumducebatur, frustrà carmina devotoriâ adhibita, donec REMBERTUS larvis filium, & patrem sollicitudine liberavit. Carolus memor bello nuper pa-